Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Christoph Sigismund Luck a

Panegyricus Sacer Beatissimæ Memoriæ Invictissimi Imperatoris, Augustissimi Regis Ac Principis Potentissimi Leopoldi I.

Vratislaviae: In Officina Hæredum Baumannianorum, Exprimebat Iohannes Iankius, [1705]

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689861088

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689861088/phys_0001
DFG

Rb-6131(2) 1-39

Rb-6131
(2.)

Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis

Inhalt.

1. Omeisius, Magn. Dan., Panegyricus, quem Leopoldo I. ob victoriam prope Zentam conseorat. Altd. 1697.
2. a Luck, Chph. Sigism., Panegyricus sacer memoriae Leopoldi I. Vratislaviae.
3. Cörberus, Casp., oratio panegyrica in connubium Josephi, Romanorum Regis, et Wilhelminae Amaliae, filiae Johannis Friderici, Brunsvicensium et Luneburgensium Ducis. Cum programmate. Helmstad. 1699. Mart.
4. de Wickenburg, Joh. Franc. Capellini, conditus Stechinelli, Panegyricus nuptiis Josephi et Wilhelminae Amaliae - Helmst. 1699. Mart. Cum programmate.
5. Schwarz, Christ. Gotth., oratio genethliaca Imperatoris Caroli VI. et Imperatricis Elisabethae Christinae filio primo genito Leopoldo 1716. April. habita. Altorf. Cum programmate.
6. Eisenreich, Jo. Jac., Panegyricus eidem Leopoldo dictus. 1716. Halae. Cum programmate et epist. gratulator.
7. Michaëlis, Joh., porta triumphalis, post redintegratam pacem Regi Sueciae Carolo Gustavo erecta. Gryphiswald. 1658.
8. Pomereschius, Jo., oratio in excessum Caroli Gustavi. Gryphiswald. 1660.
9. Wendt, Hercules, oratio de Carolo Gustavo in Carolo VI. redivivo. Hbd. 1694.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689861088/phys_0003
DFG

10. Kirchmaier, Ge. Casp., panegyricus funebris memoriae Caroli XI. 1697. 24. Nov. Wittberg. Cum progr.
11. Saalbach, Christ., panegyris in nativitatem Caroli XII. 7. Juli 1682. Gryphiswald. Cum intimatione orationis
12. Idem, gratulatur Carolo XII. regna sua jure hereditatis capessenti. 4. Mart. 1698. Gryphiswald. Cum programmate.
13. Michaelis, Joh., Panegyricus coronationi Christinae, reginae Suecorum, dictus d. 12. Nov. 1650. Gryphisw.
14. Witten, Henning, planctus in obitum Ulricae Eleonorae, reginae Suecorum. Rigae, s. a.
15. Brehmius, Joh. Rud., oratio funebris in mortem ejusdem 1693. Nov. Revaliae.
16. Samson, Claudius Herm., orat. parentalis in mortem ejusdem. 1693. Nov. Lipsiae. Cum programmate.
17. de Schwartzern, Nicol., orat. funebris in mortem ejusdem. 1693. Nov. Halae.
18. Behr, Chph., invitat ad orationem in memoriam Johannis III., regis Poloniae, 1696. d. 19. Juli habendam, et oratio ipsa. Gedani.
19. Balduinus, Christ. Ad., panegyricus in honorem Johannis Georgii, electoris Saxoniae. 1655. d. 25. Sept. Witth.
20. Olearius, Joh., orat. parentalis in mortem Augusti, Ducis Saxoniae, Archiepiscopatus Magdeburgensis postulati Administratoris. 1680. Lipsiae.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689861088/phys_0004
DFG

21. de Poelnitz, Gottl. Fridem., oratio natalitia in nativitatem Friderici Augusti, filii Mauritii Guilielmi, postulati Administratoris episcopatus Naumburgensis. Jenae 1700.

22. de Hesberg, Christ. Erdm., laudatio funebris Johannettae, Ducis Saxoniae — 1701. 24. Nov. Jenae.

23. v. Platen, H., et v. Platen, Hartw. Casp., natalis Friderici Wilhelmi, Electoris Brandenburgiae, et Caroli Aemilii, Marchionis Brandenburgensis, celebratus. d. 6. Febr. 1674. Lips. Cum programmate.

24. a Lith, Tido Henr., panegyricus, quo Friderico Wilhelmo Magno, Electori Brandenburgiae, ob donationem viginti millium thalerorum Academiae factam, gratias egit. 1686. Frcft. ad Viadrum.

25. de Hünicke, Joh. Chph., Panegyricus ob res gestas Friderici Wilhelmi Magni et gentis Zollerianae. 1687. 15. Juli. Ibd.

26. de Rohr, O. Alb., orat. eucharistica de Friderici III., Electoris Brandenburgici, beneficiis in subjectos. 1690. 8. Mart. Cum programmate. Frft. a. V.

27. de Bismarck, Chph. Ge., oratio eucharistica de praelio ad Ordingam et de victoriis Friderici III., quae hanc consecutuae sunt. 1690. April 4. Ibd.

28. Rango, Imman., oratio propter coronationem Friderici, Regis Borussiae. Rost. (Eine kurze Geschichte der Brandenburg. Fürsten.)

29. de Blumenthal, Car. Lud., de justitia principum, nummis veterum commendata. Frcft a. V. 1702. 22. Febr.

30. v. Ribbeck, H. G., panegyricus ob nuptias Friderici Wilhelmi, regni Borussiae heredis, et Sophiae Dorotheae. 1706. 29. Nov. Halae. Cum progr.

31. Meurer, Garl., oratio gratulatoria ob Natalem Electoris Hannover. Augusti. 1693. 12. Nov. Wittb.

32. Bodock, Laur., oratio propter nuptias Gustavi Adolphi, Ducis Meclenburgici, et Magdalenae Sibyllae. Cum orationibus Jacobi Preuseri et Ern. Cothmanni. Rost. 1655. Jan. 10.

33. Worm, Ol., orat. parentalis propter obitum Wilhelmi, Daniae Principis. 1705. Dec. 3. Hauniae.

34. Sperling, Petr., oratio gloriae et felicitati Friderici, Ducis Slesvici — Jenae 1700. Oct. 11.

35. Aria bei ~~[illegible]~~ der Allegorischen Rede. 1687. Wittenb.

36. Pfennigk, Jo. Guil., panegyricus honoribus Jo. Ernesti a Knoch, 1687. Febr. Witb.

37. Ludovici, Godofr., oratio, qua J. N. Roeserus immisit in Quedlei Rectoris provinciam Samuelem Schmidium — 1705.

~~38.~~ Roeser, Jac. Nic., oratio de eruditione pietati juncta a. 1665, qua 5 praeceptores gymnasii Quedlinburgensis introducti sunt.

38. ~~39.~~ Michaelis, Ge., oratio de dedecore foederum a Christiano cum Turcis initorum. Gryphisw. 1682.

39. ~~40.~~ v. Essen, F. J., orat. de caracteribus et ornamentis generosi juvenis. Ibd. 1706.

Ex
Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689861088/phys_0007
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689861088/phys_0008
DFG

TEMPLVM
VICTORIAE APERTVM
ET
IANI CLAVSVM
MENSIBVS SEPTEMBR. ET OCTOBRI
A. Q. R. DIS IAC XCVII
DICATA
PANEGYRICVS
QVEM
LEOPOLDO
MAGNO
AVGVSTO PIO FELICI
TRIVMPHATORI
VICTORIAM A VIRGIS
PANNONIA [illegible] ZENTAM
[illegible]
ET PACEM GERMANIAE
[illegible]
[illegible]
[illegible]
VNIVERSITAS ALTDORFINA
[illegible]
[illegible]
INTERPRETE AC ORATORE
MAGNO DANIELE OMEISIO
[illegible] PALATINO CAESAREO, AC MORALIVM ET [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689861088/phys_0010
DFG

PANEGYRICUS
SACER
BEATISSIMÆ MEMORIÆ
INVICTISSIMI IMPERATORIS, AUGUSTISSIMI
REGIS AC PRINCIPIS POTENTISSIMI
LEOPOLDI I.
CONSCRIPTUS
à
CIVE FIDELISSIMO
CHRISTOPHORO SIGISMUNDO à LUCK.

VRATISLAVIÆ,
IN OFFICINA HÆREDUM BAUMANNIANORUM,
EXPRIMEBAT IOHANNES IANKIUS.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689861088/phys_0011
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689861088/phys_0012
DFG

Q. D. B. V.

SALOMO Rex omnium, quos ſol unquam aſpexit, ſapientisſimus nihil in hoc amplo terrarum ſpatio conſtans, nihil ſtabile, nihil perpetuum, ſed omnia fortunæ ludibrio, inconſtantiæ & fragilitati ſubjecta eſſe exclamabat. Et profecto, quocunque oculorum noſtrorum aciem convertamus, omnia periculis impleta eſſe, odiis & inimicitiis redundare omnia, ſeditionibus, bellis, ac tumultibus ardere omnia videmus; Germaniam noſtram dulcisſimam incendiis, deprædationibus, direptionibus, expilationibus miſerandum in modum devaſtari, univerſum denique Romanum imperium ab annis jam bene multis bellorum Civilium æſtu jactari, & velut in undoſo mari, non uno vento turbarum, bellorum ſeditionumque agitari animadvertimus. Quis itaque tam firmo tamque ferreo pectore, qui hæc univerſa mala contemplatus, â profundisſimis ſuſpiriis & lachrymis acerbisſimis ſibi temperare poſsit? Xerxes ille magnus & magnanimus Rex, qui ſubvertit montes, & maria conſtravit, cum de ſublimi loco infinitam hominum multitudinem, & inumerabilem vidiſſet exercitum, fleviſſe dicitur, eo quod poſt centum annos nemo eorum, quos tunc cernebat, ſuperfuturus eſſet. O ſi poſſemus, inquit D. Auguſtinus ſuper talem aſcendere ſpeculam de qua univerſam terram ſub pedibus cerneremus. Oſtenderem tibi totius mundi ruinas, gentes gentibus, Reges regibus, regna regnis colliſa, alios torqueri, alios necari, alios abſorberi fluctibus, alios in ſervitutem trahi: hic nuptias, ibi planctum, illos naſci, iſtos mori, alios affluere divitiis, alios mendicare, & non tantum Xerxis exercitum, ſed totius mundi homines, qui nunc vivunt;

vunt; brevi temporis ſpatio defuturos. Sed & tanta eſt Vitæ humanæ fragilitas, tanta inconſtantia & mutabilitas tantaque rerum viciſſitudo, ut inſtar rapidiſſimi fluminis, inſtar ſagittæ è manu potentis ad mortem decurrat. Hinc Vita, quam vivimus, ſimulachro, pulveri, umbræ, & bullæ comparatur; ſicut enim in agris agitatis bullulæ & velut tabercula quædam erumpunt, ſed mox evaneſcunt, ita, quo momento naſcimur, mortis caſibus expoſiti ſumus, &

Naſcentes morimur, finisque ab Origine pendet.

Ut proinde Idem Auguſtinus non immerito dubitaſſe videatur, hoc, quod vivimus ævum, mortalis ne Vita, an mors Vitalis appellari debeat. Nec vero alia hic conditio eſt, Regio ſolo qui inſidet atque infimæ abjectiſſimæque conditionis hominis, ſed pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas Regumque turres, nec dignitatis, potentiæ, roboris vel ætatis valet exceptio. Cujus rei fidem ſi quotidiana nihil movent, paucos ante menſes nobis fecit ut luculentiſſimum, ita luctuoſiſſimum exemplum POTENTISSIMI INVICTISSIMIQUE IMPERATORIS ROMANI, REGIS AUGUSTISSIMI DIVI LEOPOLDI I. Domini noſtri quondam Clementiſſimi, Patriæ Parentis Optumi, Deſideratiſſimi: Vixit enim eheu! vixit invictiſſimus ille Imperator, Veritatis Cœleſtis propugnaculum munitiſſimum, Juſtitiæ Domicilium invictiſſimum, Pacis & tranquillitatis publicæ præſidium validiſſimum, Romani Imperii Columen firmiſſimum, Decus Patriæ pulcherrimum, exulum & afflictorum aſylum tutiſſimum, Bonarum literarum ac literatorum refugium certiſſimum, omnium denique Chriſtianarum Virtutum ſpeculum dilucidiſſimum. Vixit, inquam proh dolor! vixit laudatiſſimus Imperator Divus LEOPOLDUS I. Utinam vero immortale Numen triſtiſſimis præſertim hiſce & periculoſiſſimis temporibus Majeſtati ejus diutius vivere ac ſupereſſe & Romano Imperio patriæque noſtræ præeſſe dediſſet; Verum, poſtquam Divinæ ejus Majeſtati, cujus ſapientiſſima judicia, ut nemo plene comprehendit, ita nemo juſte reprehendit, aliter viſum fuit, noſtrum non eſt Voluntati ipſius reluctari; Lugere certe & obitum tanti Imperatoris, nobis heu nimis maturum! profundis lachrymis deplorare noſtrum eſt. Commendatur equidem

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689861088/phys_0014
DFG

dem â Tullio Ennius Poeta obitum ſuum defleri, funusq́; ſibi fieri hisce Verſiculis interdicens:

Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu
Faxit, cur? Volito vivu' per ora Virum.

Quæ ratio, ſi alicujus ponderis eſſet, nemo arte ea juſtius uti potuiſſet, LEOPOLDO INVICTISSIMO, cujus Vita & Gloria, ut cum Lucretio loqvar,

Æternis famæ monumentis inſita floret.

Sed longe nobis alia mens eſt, alia ſtat Sententia, ſi enim ſacra Scri. ptura demortuos lachrymis defleri, & honorifice ſepeliri jubet; Si Joſias Rex Judæorum ab univerſa Israelitarum gente deploratus, neniaq́; peculiari Propheta Jeremias ſolenniter honoratus eſt; Si Machabæum ſui fleverunt planctu magno, & dies multos dicentes: quomodo occidit potens, qui ſalvum faciebat Israel? Si Salvator ipſe Lazari amici ſui mortem largiſsime profuſis lachrymis ploraſſe legitur; Si piorum Regum res pie, recte ac feliciter geſtas poſt mortem ipſorum DEUS ipſe laudibus efferri, literarum monumentis conſignari & æternitati conſecrari voluit: Si deniq́; ſapientiſsimorum hominum inſtituta & exempla docent, Virorum de patria deq́; Republ. bene meritorum memoriam â mortalitate atq́; interitu vindicari & ſartam tectam conſervari oportere. Impium profecto ac plane nefarium imo inauditi cujusdam ſtuporis feret præſente caſu tam triſti, tamq́; luctuoſo & ominoſo non affici, non moreri obitu Imperatoris noſtri & Patriæ Parentis tam pii, tam boni, tam benigni, tam clementis! Ingratiſsimi ſane animi eſſet Principis de toto Orbe Chriſtiano optime meriti memoriam protenus deponere, & quaſi cum Corpore ſepelire. Qua de cauſa ego devoti ac fideliſsimi Civis provinciam, & ſi duram ac plane imparem ſuſcipio, & de Vita, Virtutibus, & Rebus geſtis Maximi noſtri ac Magnanimi Herois DIVI LEOPOLDI nonnulla ſcripturus ſum. Iis quippe laudatiſsimus Imperator ſupra cæteros mortales animi Virtutibus floruit, ut præſtantiam illarum & ſublimitatem, non dicam exæquare ſcribendo, ſed aſſequi cogitando difficile ſit, & arduum: Nec enim facilius eſt laudare eum, in quo maximæ reſident Virtutes, atq́; illum, in quo prorſus nullæ, quod in hoc res deſint deſcriptioni, in illo autem rebus deſit deſcriptio. Quodſi

igitur multa memoratu digniſsima prætermiſero, & ea ipſa, quæ attigero jejunius multo atq; exilius, quam par eſt, tractavero, veniam ut ſpero, mihi dabit benevolus Lector, cum cuilibet, quamlibet exercitato & rebus omnibus ad ſcribendum inſtructo idem contingere potuiſſet.

Primum igitur, cum ad veram laudem & gloriam haud parum momenti adferat Generis Vetuſtas, familia, Splendor & majorum Virtus atq; Gloria, quandoquidem ſapientiſsimorum hominum Judicio, quicquid ſangvinis habemus, & ſpiritus, id noſtris â majoribus omne in nos derivatum, & non ſolum corpus, ſed & animum, qui præcipuum hominis munus gerit, ſeu ut Tullii verbis utar, homo ipſe eſt, â parentibus noſtris communicatum, adeoq; non tam corporis ſimilitudinem, quam animi quoddam ſimulachrum, atq; una cum eo Virtutum iſtarum, quæ in parentibus effulſerunt ſemina in nos translata transfuſaq; eſſe credi debet. Sic enim Aquila pullum aquilinum, Leo catulum leoninum, Equus generoſus generoſum equum, homo hominem, & unumquodq; ſui ſimile progenerat; Profecto vere hoc & ſine adulatione aſſeverare poſſum, LEOPOLDUM noſtrum INVICTISSIMUM undiquaq; generoſiſsimum, undiquaq; ſplendidiſsimum, undiquaq; glorioſiſsimum extitiſſe, & non ſuarum tantum propriarum, ſed & Majorum ſuorum Virtutum, rerum geſtarum, & gloriæ radiis ſplendidiſsimis corruscaſſe.

Natus eſt DIVUS LEOPOLDUS Anno milleſimo, ſexenteſimo & quadrageſimo, die nono Junii Parentibus admodum Potentiſsimis admodum religioſis & in omni Virtutum genere Excellentiſsimis, Patre FERDINANDO III. Imperatore Romani Imperii Invictiſsimo, Patre ob eximiam pietatem, prudentiam inſignem, ſapientiam admirabilem, Clementiam incomparabilem DEO ſimul ac hominibus caro, matre vero Domina MARIA ANNA PHILIPPI III. Hiſpaniarum Regis potentiſsima Filia, matrona pientiſsima, caſtiſsima, religioſiſsima, omnibusq; Virtutibus, quæ in fœmina, regio ſtemmate nata ſpectari & commendari ſolent, ornatiſsima, inſtructiſsima. Avum habuit LEOPOLDUS INVICTISSIMUS FERDINANDUM II. Imperatorem Romanum; Heroem illum maximum, & incompara-

parabilem, cujus Virtutes, res geſtas, & ingregia facinora, ſi recenſere vellem, multi dies & deſcriptio deficerent. Quam enim Imperator iſte potentiſsimus omni ſeculorum & temporum memoria digniſsimus prudens fuit in capeſſendis Conſiliis, quam felix ingerendis & conficiendis negotiis, in pace admirabílis, in bello formidabilis, monumentis ſuis Hiſtoriarum Scriptores ad Maxumæ & laudatiſsimæ Auſtriacæ domus laudem & gloriam perennem Sempiternitati conſecrarunt. Nec eſt deſcriptione opus in re, quam omnes norunt, nec pueri ignorant, niſi, ut Poeta ait, qui nondum ære lavantur.

Sed & Abavus & Atavus & Tritavus & cœteri, quotquot ex Cæſarea Proſapia deducere novimus Virtute ac rebus geſtis, ita claruerunt, ut ad præclariſsima illorum facta Virtus ipſa, quod addat, vix habeat reliquum, ipſorumq; imitatio poſteris glorioſa valde futura ſit. Ut proinde nemini mirum videri debeat, Magnum & Divum LEOPOLDUM noſtrum, paternæ, maternæ, avitæ, ac proavitæ Virtutis Heroicæ æmulum ac genuinum hæredem extitiſſe, & in tantum Heroem evaſiſſe, quantus extitit. Sic enim Publius Maximus & Publius Scipio præclara illa Romanæ Civitatis lumina majorum ſuorum imagines aſpicientes ad Virtutem & egregia facinora vehementer inflammati leguntur, non quod Cera illa aut figura tantam in ſe Vim haberet, ſed quod memoria rerum â majoribus præclare geſtarum egregiis hiſce Viris flamma in pectore creſceret, nec prius ſedaretur, quam Virtus ipſorum famam atq; gloriam majorum adæquaſſet. Credibile profecto eſt, Invictiſsimum Imperatorem noſtrum crebra laudatiſsimorum Majorum recordatione ad Virtutem eorum imitandam vehementer accenſum excitatumq; fuiſſe.

Quodſi porro animi Virtutes, quæ quidem in puerilem ætatem cadere poſſunt, ſpectemus, ingenio fuit præſtanti, alacri, præclaro, acri & vivido, cujus in adulta etiam ætate maximisq; occupationibus multa egregia, ſpecimina edidit. Cæterum ex ipſo aſpectu Maximi LEOPOLDI noſtri imago quædam ingenitæ Virtutis atq; Honeſtatis emicuit, ut facile quivis conjicere potuerit; in tam eleganti, magnifica & regia domo non inbecillem, non fractum, non abjectum, & humi repentem animulum, ſed omnino erectum,

rectum, elatum, infractum, heroicum & ad quævis ſumma natum animum, ingenium vero ſublime, excellens, excitatum & ad omnes honeſtas & Rege ac Imperatore dignas artes ac diſciplinas docile ac tenacisſimum reſidere, adeo ut de Majeſtate ejus jure optimo dici potuerit, quod olim de Alcibiade ſuo Græci jactarunt, in omnibus, quæ â Principe vero requiruntur partibus, verum Imperatorem ac Principem extitiſſe.

Hiſce tam eximiis, & ſingularibus animi dotibus accesſit diligens & accurata educatio, ſine qua optima ingenia langveſcunt, & corrumpuntur; ſicut enim Plutarcho teſte nulla fere arbor eſt, quæ non ſterilescat & tortuoſa efficiatur: ſi cultura deſit, ita nullum ingenium tam felix exiſtit, quod circa rectam educationem non degeneret. Nunquam profecto Cyrus in Virtute ita profeciſſet, aut tam factus notus, clarus, celebris fuiſſet, niſi â teneris, quod ajunt, ungviculis recte educatus & inſtitutus fuiſſet. Nunquam Alexandri M. pater Philippus Rex Macedonum Virtutibus ſuos majores ſuperaſſet, ipſeq; Alexander non tantus res gesſiſſet, niſi â Lyſimacho & Ariſtotele feliciter informatus & educatus fuiſſet. Quo circa Imperatoris noſtri invictisſimi Parentes Optumi. Pientisſimiq; hunc filium ſuum adhuc tenellum non ſolum in Chriſtiana pietate, ac timore Domini, ſed & in literis ac lingvis, nec non in ludis & certaminibus Equeſtribus per fidos ac eruditos, quos ipſi adjunxere Præceptores morumq; magiſtros ſummo ſtudio informari curarunt, ſub quorum fideli inſtitutione, larga præpotenti benedictione Majeſtas ejus tantos tamq; admirandos fecit profectus, ut brevi in tempore ſtudii lingvarum, Latinæ præſertim, Italicæ, Hiſpanicæ maximam ſibi indefeſſo ſtudio, pertinaci labore aſſiduaq; exercitatione cognitionem comparavit. Poſt vero ſublimia & maxumis Principibus præ cæteris digna Hiſtoriarum & Juris prudentiæ ſtudia aggreſſus eſt: Hiſtorias tam ſacras, quam profanas evoluit, easq; non obiter duntaxat & ſuperficiarie, ut â plerisq; hodie fieri aſſolet, ſed diligenter admodum & ſingulari cum attentione legit, exindeq; animum ſuum ſic informavit, ſic inſtruxit, ut non ſolum quosvis fortunæ caſus æquiori animo ferre potuerit, ſed etiam ad veræ Virtutis ſtudium & immortalis gloriæ deſiderium magis magisq; accenſus fuerit. Eſt enim Hiſtoria, ut recte Polybius ait, vitæ humanæ illu-

illustris magistra ad perferendas humanæ fortunæ vices, ad vitanda vitia; & virtutes sectandas. Ex ea namque omnium Virtutum exempla, & imitationes quævis clarissimarum actionum depromuntur; quæ optima quoque ingenia ob laudis nominisque gloriam ad præclara facinora inflammant, & à vitiis perpetuo infamiæ metu deterrent. Sed & veræ prudentiæ, mater est Historia, ut quæ prudentum Consilia, fortiumque egregia facta commemoret, temeritatis & amentiæ exitus infelices enarret. Hinc Alphonsus Sapientissimus Arragonum Rex dicere frequenter solebat, Libros Historicos esse optimos Principis Consiliarios, quia semper adsint Vocati, nihil occultent, nihil adulentur. Quod etiam Dionysius Halicarnasseus suo testimonio eleganter confirmat: non aliunde inquiens, meliora Consilia petuntur, quam e præteritarum rerum exemplis, quæ enim futura sunt, plerumque paria similiaque iis sunt, quæ facta sunt. Hæc vero familiaritas, quam in Juventute cum bonis literis contraxit LEOPOLDUS Invictissimus, hoc insigne commodum literatis peperit, ut per omnem Vitam doctos impense amaverit, foverit, aluerit, omnisque Clementiæ, munificentiæ, & humanitatis studio prosecutus fuerit, Academias ipsemet erexerit (quod illustris Vratislaviæ nonnullis abhinc annis erecta Academia LEOPOLDINA clarissime testabitur) erectas sustentarit, collapsas restaurarit. Cetera, qua prudentia, qua Sapientia, qua Clementia, qua animi moderatione, qua laude, qua felicitate, qua fidelitate qua utilitate Invictissimus Imperator noster Imperii Romani administrationem ad ultimum Vitæsuæ terminum rexerit, & gubernarit, Benevolus Lector, legere pergat, experietur.

Ut deinceps de laudatissimi LEOPOLDI nuptiis nonnulla commemorem; animo volvebat Heros ille Invictissimus, nullum Summo Principi majus supereſſe præsidium, majusque solatium, quam soboles e legitimo thoro progenitas, neque ut Tacitus ait, honestius ullum Imperatoriæ mentis levamen extare, quam assumere Conjugem prosperis dubiisque sociam, cui Cogitationes intimas tradat; idcirco legitimis nuptiis sibi junxit Potentissimi Hispaniarum Regis PHILIPPI IV. filiam, Dominam MARGARETHAM THERESIAM, Principem præter Regios natales universis & animi & Corporis dotibus, imprimis vero pietate, ac puræ Religionis

gionis zelo florentisſimam, eminentisſimam, cum qua fidelisſima Vitæ ac fortunæ Socia defunctus Imperator invictisſimus annos ſeptem tanta concordia & animorum conjunctione vixit, quanta inter homines eſſe, aut immortali DEO optari impetrarique poſſet, nec vero ſterile & infœcundum expertus eſt hoc Conjugium, ſed ex hac Potentisſima Heroina DEO benedicente MARIAM ANTONIAM Principem in omni Virtute admirabilem, quæ Maximilianus Emanuel Bavariæ Novem Viri in matrimonium ducebat, ſuſtulit. Secunda Conjux Divi LEOPOLDI erat CLAUDIA FELICITAS Ferdinandi Caroli Archiducis Insprugæ filia, Virtuoſa Imperatrix, quæ ILLI nullos liberos peperit. Sed Tertium Fortisſimi Imperatoris Conjugium fertile fuit ac fœcundisſimum, in quo ex Invictisſima & plane Cœleſti Imperatrice Domina ELEONORA MAGDALENA, Philippi Wilhelmi Novem Viri Palatini filia procreavit mares Duos, Invictisſimum JOSEPHUM JACOBUM, JOHANNEM EUSTACHIUM, qui nunc Majeſtatis ſolio inſidet & ſumma totius Europæ cum lætitia ſceptra tenet, CAROLUM FRANCISCUM JOSEPHUM, Regem Hiſpaniarum Potentisſimum, ſex vero Filias MARIAM ELISABETHAM LUCIAM, MARIAM ANNAM JOSEPHAM, MARIAM THERESIAM JOSEPHAM, MARIAM JOSEPHAM COLETTAM, MARIAM MAGDALENAM JOSEPHAM, MARIAM MARGARETHAM MAGDALENAM, quarum tres quidem DEO redditæ, cum ipſo, S. Sancta Trinitate, beatis Angelis & omnibus Sanctis æterna fruuntur beatitudine. Ceteræ vero per DEI Clementiam adhuc ſuperſtites ſunt, quas præpotens Deus, ut diu florentes, ſoſpites ac ſalvas conſervet, protegat ac tueatur, qua poſſum animi devotione precor. In hoc ergo felici matrimonio ubertim completam fuiſſe cernimus Divinam Promisſionem Pſ. CXXIIX deſcriptam: ubi regius Propheta Sancti Spiritus afflatu ita canit: Uxor Tua ſicut Vitis abundans in lateribus domus tuæ: filii novellæ aliarum in Circuitu menſæ tuæ. Nec enim εὐτεκνία illa vel à fortunæ provenit arbitrio, vel ſolius naturæ beneficio contingit, vel hominum induſtria comparatur, ſed â Divina Benedictione dependet; Donum Dei liberi: fructus Ventris, merces: ſicut ſagittæ in manu potentis, ita filii Juventutum: Beatus Vir

qui

qui implevit Pharetram ſuam ex ipſis, non confundetur, qui loquetur inimicis ſuis in porta. Fando autem exprimi vix poteſt, quanta cura & ſollicitudine hæc Virtutum lumina in univerſis hiſce percharis ſuis pignoribus recte educandis laboraverint: non ut ad faſtum, ad luxum, ad delicias, ſed ut ad pietatem, ad timorem Domini, ad humanitatem, ad modeſtiam gravitate conditam, ad Virtutem denique Regiam mores illorum conformarentur, in literis ac linguis probe informarentur, in ludis, certaminibus Equeſtribus exercitarentur. Et certe effectus optumorum Parentum Voto exopte, reſpondit: Cum enim Natura ipſa duce illi ad ſumma quæque ferrentur & eximio Parentum ſuorum Exemplo ad Veræ Virtutis amorem exſtimularentur, nec enim ulla præſtantior eſt diſciplina, quaſi liberi in Vitam Parentum tanquam in ſpeculum ſpectantes illis ſtudeant eſſe quam ſimillimi, ſingulari DEI benedictione factum eſt, ut ſub fideli magiſtrorum ſuorum, inſtitutione in Pietate, literis, ac moribus mirifice profecerint, ita ut in Pueritia etiam ſua quaſi in herba ipſa ſatis oſtenderint, quantæ profectioris ætatis futuræ eſſent fruges. Et profecto tales illæ, ac tantæ tamque uberes provenerunt, ut Invictiſſimi Parentes largiſſimam DEI benedictionem agnoſcentes haud minimam felicitatis ſuæ, fortunarum, & ornamentorum ſuorum partem in illis poſuerint. Ipſe vero ob tam egregias Virtutes, mores elegantiſſimos DEO cari, & hominibus grati extiterint, ampliſſimaque eorundem præmia reportaverint. Nam ſuperſtite adhuc Invictiſſimo Parente Divo LEOPOLDO I. filius natu maximus INVICTISSIMUS IMPERATOR JOSEPHUS JACOBUS, JOHANNES EUSTACHIUS Auguſtæ Vindelicorum Rex Romanorum electus coronabatur. Deinde Potentiſſimo Regi ac Magnarum Virtutum Principi ſtrenuo paternæ gloriæ Sectatori WILHELMINA AMALIA Domini JOHANNIS FRIDERICI Ducis Hannoverani filia Princeps Virtute, pietate, formoſitate omnibusque & animi & corporis dotibus conſpicua legitime ac ſolenniter deſponſata fuit. Quod Conjugium, uti in nomine S. Sanctæ Trinitatis bene ac feliciter cœptum eſt, ita etiam ut proſperum ſucceſſum, & conſummationem ſortiatur exoptatiſſimam, atque Invictiſſimis Conjugibus felix, fortunatum ac fœcundiſſimum denique evadat, cumprimis ad DEI gloriam, totius

orbis

orbis Christiani emolumentum, Patriæ nostræ commodum, Maxumæque domus Austriacæ decus & Ornamentum perpetuum & hujus etiam propagationem cedat, & vergat, humillima animi devotione precamur. Deinde CAROLUS FRANCISCUS JOSEPHUS Invictissimi JOSEPHI I. Imperatoris frater Virtute incomparabilis Princeps etiam adhuc vivente LEOPOLDO M. Hispaniarum Rex coronatus fuit magna certe cum maxumæ Domus Austriacæ laude, tum Imperatoris nostri defuncti honore & gloria. Quid enim quæso tum ILLI, tum optimo IMPERATORI defuncto in rebus humanis melius? Quid exoptatius? Quid honorificentius à Præpotente DEO obtingere potuisset, quam duos filios e Majestate IPSIUS progenitos totius Orbis Potentissimos extitisse.

Ceterum necessarium arbitror, ut, qualem noster LEOPOLDUS M. in Imperii sui administratione sese gesserit, quibusque Virtutibus ad Reipubl. regimen necessariis instructus fuerit, tandem exponam. Et quidem unumquemque Imperii vel Reipubl. Clavum qui tenet, Religione & Pietate, Justitia & Severitate, Clementia & Benignitate, Sapientia & prudentia, Concordia & amicitia, munificentia & magnanimitate instructum esse oportere omnium Sapientum Judicii receptum est: adeo, ut qui vel una harum, quas dixi, Virtutum destituatur, vix dignus sit, regimini qui præficiatur. Hoc vero tum ipsiusmet Principis gratia, quo nempe tantarum Virtutum præsidio instructis, eo melius & felicius, & sapientius Rempublicum administrare possit; tum etiam Civium causa & propter exemplum. Quoscunque enim mores princeps probat, ac servat, hi ab omnibus probantur & laudantur & in illis quisque excellere nititur: quos vero improbat, omnes fugiunt. Optime Pluto mutationem Principis mutationem totius Civitatis ait: ut enim bonus Princeps exemplo probitatis magis, quam ipsa probitate prodest, sic malus exemplo turpitudinis magis, quam ipsa turpitudine obest. Deterrimi enim homines, quicquid exemplo Principum faciunt, id jure factum existimant: Similiter artes, quas Princeps amat, magnum quamprimum accipiunt incrementum, jacentque semper, quas oderit; proinde Isocrates Regi suo præcipit, ut artes & opificia utilia amplectatur, inutilia autem rejiciat. Et sapienter Plato tales reliquos Cives esse dicebat, qualis Princeps. Ptolemaici Reges mathe-

mati-

maticas ſcientias coluerunt, eorum igitur tempore complures egregii Mathematici claruerunt, Xerxes vero voluptates mirifica quadam, cupiditate perquiſivit, qua ex re Regiones, quibus imperabat, omni turpitudinum genere infecit, hominesque omnes turpiter effœminavit. Nero, quod Citharædos, mimos & hiſtriones ſumma benevolentia complectebatur; complures nobiles Juvenes earundem artium ſtudiis pellexit. Alexander re & omine Magnus cervice leviter incurva & panda fuit, quod certatim Proceres & Aulici imitati ſunt. Probet igitur Princeps bonus optimos mores, deterrimos autem exagitet; ſic exemplo ad Virtutes Cives alliciet, â Vitiis vero excludet.

De Cœtero, ut â Pietate & Religione, utpote omnium Cæterarum Virtutum Regina exordiar: nemo eſt Chriſtianorum ſerio qui non ſtatuat, & ore ſimul ac corde profiteri cogatur, nihil dignius eſſe Principe, quam Pietatis & Religionis ſtudium, nec in rerum natura quicquam exiſtere, quod in Principe lumine clariore præfulgeat, quam Pietas & Religio. Cum enim Princeps â DEO ſublimis factus, & alte ſuper cæteros mortales evectus ſit, ita ut DEI Vices in terris ſuſtineat, Deique appellationem mereatur, merito veneratur magnitudinis ſuæ auctorem, qui Clypeus illi & protector, ne â malis prematur vel ſupprimatur. Hinc Ariſtoteles, quantumvis Paganus Principi curam Deorum vel Religionis ſtudium inculcat, ejusque duas utilitates commemorat, Civium amorem ac benevolentiam & ab inſidiis ſecuritatem ac tutelam: Cives, quippe a tali Principe, ut ait, nihil ſibi metuent, ut qui in Deum pius ſit & juſtus, in homines & Cives ſuos injuſtus & impius eſſe nolit: Deinde ipſi inſidias & manus inferre metuent, eo quod ipſum, ut Diis earum & Deorum patrocinio tutum, contraque inſidias ſatis munitum opinentur: Hinc David Rex Palæſtinorum morti jam Vicinus filium ſuum Salomonem his Verbis affatus eſt: Tu autem Salomon fili, ſcito Deum patris tui & ei ſervi corde perfecto, & animo Voluntario, omnia enim corda ſcrutatur Dominus & univerſas mentium Cogitationes intelligit; ſi quæſiveris eum, invenies, ſi autem dereliqueris, projiciet te in æternum. Sed & cum Princeps non ſolum propter ſe, ſed etiam propter alios debeat eſſe bonus, quandoquidem Principum mores ſpeculum ſunt Civitatis, in quod Cives reſpiciant, & juxta illud mores ſuos & Vitam componant; Vitaque Principum eſt Regula

Civium, in qua quod imitentur, aſpiciant, & ipſam ſemper conſiderando in pietate proficiant. Decet utique Principem, ut in omni alia Virtute populo ſuo præire, & facem quaſi præferre, ita in hac, quæ Princeps & Caput Virtutum eſt, vel maxime, nec enim ſufficit Principem ipſum pium ac religioſum exiſtere, ſed Cives etiam ſuos tales efficere debet; non ſolum ſui, ſed & ipſorum Civium cauſa. Sui quidem, quia Religioſi Cives non tantum libenter Domino ſuo, ut quem DEI miniſtrum eſſe, ac Divinæ Majeſtatis vices in his terris ſuſtinere, e Verbo Dei didicerunt, parebunt, ſed & fideliter: Pietas ſiquidem & Dei metus quaſi frænum eſt in animis Civium ab omni Rebellione, & inſolenti motu; ipſorum autem Civium gratia, quia DEUM habebunt propitium, benedictionem ejus ſentient largiſſimam, atque ſucceſſus in rebus omnibus ſortientur proſperrimos tandemque æternæ beatitudinis efficientur participes. Annon enim Pietas ad omnia utilis eſt, promiſſionemque habet præſentis ſimul ac futuræ Vitæ? Annon Cætera omnia adjectum iri iis, os Veritatis promittit, qui Regnum DEI primum & Juſtitiam ejus quæſierint? Falſum itaque eſt impium illud profanum, & plus quam ethnicum dogma nefarii illius impii & impuri nebulonis Nicolai Machiavelli Florentini, qui in ſuo, quem de Principis inſtitutione in publicum emiſit libello prorſus impio, ſcurrili & Satanico aſſeverare haud erubuit; ſatis eſſe Principem externa duntaxat ſpecie pium & Religioſum videri, etiamſi talis ex animo non ſit. At quæ ratio? quia inquit, homines plerumque ſpecie externa ducuntur, & omnia facta non ex cauſis, ſed ex eventu æſtimare ſolent. Pulchra profecto ratio, & tanto Politico digna! Quin de eo impietatis progreditur ſcelus, ut Cives in impia, profana & ſuperſtitioſa religione potius quam in Chriſtianismo erudiendos ſvadeat, propterea, quod illa felicitatem nemini, niſi pro patria, pro Republica, pro aris & focis ad extremum usque certanti pollicentur, adeoque Viros bellicoſos, fortes ac ſtrenuos efficiat: hic vero Chriſtianiſmus omnem humanam gloriam reſpuat, animosque excelſos ad nimiam humilitatem deprimat, debilitet, ac prorſus effæminet, aliorum denique infidelium hominum injuriæ ac prædæ objicias; quam horribilem & execrandam ſententiam non ab homine, ſed â malo Dæmone vel incarnato Diabolo excogitatam dignam eſſe, quæ ad infernales ſtygias-

giasque paludes unde profecta est, cum perpetuo auctoris sui dedecore & infamia relegetur, & remittatur, omnes quotquot pii sunt, Deum colunt, & Numen venerantur, mecum statuent. Profecto, tanta est hujus Sententiæ absurditas, tanta impietas, ut sua sponte collabatur, concidat, & evanescat, nec ulla prolixiori refutatione indigeat. Quid enim per Deum immortalem, hoc aliud est, quam sic informare, sic instruere Principem ut in Deum & homines sit perfidus, impius & perjurius, & non solum semet ipsum in præsentissimum præcipitet exitum, sed & Civium suorum fidei suæ concreditorum multa millia eandem secum in ruinam, & sempiternum interitum pertrahat? Et sane, si Christiana Religio & verus DEI Cultus animos excelsos debilitet, effœminat, deprimit, infringit, & omni fortitudine, animositate, & magnanimitate exuit oportet profecto Duces & Reges Israelitarum pientissimos, Josuam, Gedeonem, Jephtam, Davidem, Ezechiam, Asam, Oziam, & quotquot illorum pietatis nomine scriptura commendat, atque sub novo testamento Christianissimos Imperatores, Constantinum Magnum, Theodosium, Valentinianum, Justinianum, Carolum Magnum, valde fuisse vecordes, imbelles, timidos, animo fractos, debilitatos, effœminatos. At quis unquam his extitit animosior, quis in bello fortior, quis hostibus terribilior? Josua Chananæos ceterasque gentes a DEO exitio destinatas extirpavit, & de terra delevit; Gedeon Paganos Reges Madiam, & Amalec cœterosque Populos contra Israelem insurgentes Virtute Domini superavit, & de manu illorum Israelem liberavit; Jephta Ammonitas fudit, & vicit; David Philistæos, Ammonitas aliasque gentes sæpius repressit, cecidit, & fugavit, Ezechias Sennacherib Syriorum Regem profligavit, Asa Æthiopes prælio superavit; Ozias Philistæos prostravit. Constantinus vero Magnus Sarmatas, Gothos, Scytas præliis multis repressit, Licinium Maximinum, & Maxentium, potentissimos hostes devicit, cumque cum Maxentio jamjam congressurus & prælium initurus esset, apparuit ei media die in Cœlo sereno Crucis figura & circa illam scriptura hæc Romanis litteris expressa: IN HOC SIGNO VINCES, qua visa Imperator hostem aggreditur, vincit, prosternit & in fugam convertit. Theodosius Gothos domuit, Imperiumque Romanum Gothicis armis attritum, illustribus præliis atque Victo-

riis

riis priſtino Splendori reſtituit ; Valentinianus Gothos in Gallia fudit ; Juſtinianus gentes immanitate barbaros multitudine inummerabiles debellavit, & tam Religioſisſimus, quam victis hoſtibus triumphator evaſit magnificus. Carolus Magnus multas de Barbaris, atque infidelibus egregias Victorias reportavit ; Carolus Quintus in Africa prælio navali Turcarum copias fregit. Et quid de Glorioſisſimo Imperatore FERDINANDO Secundo LEOPOLDI noſtri beate defuncti Avo, Heroe ut religioſisſimo ; ita bellicoſisſimo dicemus ? Cujus tot Victoriæ extant, quot prælia, tot triumphi, quot Certamina, de cujus Cæſarea Majeſtate jure meritoque illud dici & uſurpari poteſt. Venit, vidit, vicit. Quid de Fortisſimo & Magnanimo Bellatore Divo LEOPOLDO Imperatore defuncto afferemus, qui egregias Victorias & inſignes triumphos de Turcarum ac Gallorum tyrannis reportavit, quemque non minus Chriſtianæ Religionis zelo, quam bellicæ fortitudinis elogio claruiſſe tam notum eſt omnibus, quam quod notisſimum : Et hujus rei exemplis & teſtimoniis Clarisſimis plenæ ſunt tam ſacræ, quam profanæ hiſtoriæ, quæ omnia nunc recenſere temporis ratio neutiquam patitur. Sufficiat nobis breviter & luculenter demonſtratum eſſe, Chriſtianam Religionem animos egregios atque excelſos non deprimere, non debilitare, non effœminare, ſed ad fortitudinem potius erigere, excitare, & exſtimulare. Si enim, ut Cæſar ſcribit, veteres Galli bello bellicoſisſimi idcirco fuerunt, quod animas immortales eſſe crederent : quanto fortiores & animoſiores Chriſtiani exiſtent, qui non modo de immortalitate animarum non dubitant, ſed certo quoque ſciunt, ac ſtatuunt, poſt hanc Vitam, felicem, quietam & ſummam beatitudinem in Cœlis a Deo ſibi paratam, cum qua ut Vitam ſuam commutent, pro religione, pro patria, pro aris & focis pugnare, ſanguinem ſuum profundere, ac mortem oppetere minus dubitabunt. Quanquam in hac bellica fortitudine pii & Chriſtiani Principes felicitatem ſuam minime, ſed in vera Dei agnitione, & in Eccleſiæ ac divini Cultus amplificatione unice ponant ; ponere certe debeant : qua de re audiamus, obſecro Divum Auguſtinum : quid vero ille ? Non ego, inquit ? Chriſtianos Imperatores eo felicius prædico, quod vel diutius imperarunt, vel imperantes filios morte placida reliquerunt, vel hoſtes

Rei-

Reipubl. domuerunt: Hæc enim & alia hujus erumnosæ Vitæ vel munera, vel solatia, quidam etiam Dæmonum Cultores accipere meruerunt, sed felices eos dico, qui juste imperant, qui potestatem suam ad DEI cultum dilatandum Majestati ejus famulari faciunt, qui Deum toto pectore timent, diligunt, & colunt, qui hæc faciunt non propter favorem inanis gloriæ, sed propter charitatem felicitatis æternæ, felices sunt, interim quidem spe postea vero reipsa futuri, cum id, quod expectamus, evenit. Horum igitur præclarissimorum Regum, Principum & Imperatorum, nec non majorum suorum laudatissimorum exemplo Imperator noster invictissimus LEOPOLDUS MAGNUS non in officina impietatis Machiavellica edoctus, sed in Schola Pietatis Christianæ educatus, pius admodum fuit ac religiosus, Verbum Divinum incredibili Voluptate audivit, Sacramento Corporis ac Sanguinis Domini nostri Jesu Christi singulari devotione ad animæ suæ recreationem frequenter est usus; Sacrorum Antistites Deique ministros amavit, in honore ac pretio habuit, memor ejus, quod Syracides ait: In tota anima tua time Dominum & Sacerdotes illius honora. Vitam denique universam suam ita instituit, ita composuit, ita conformavit, ut animæ majorem semper, quam Corporis, æternæ, quam fluxæ & temporalis hujus Vitæ curam haberet. Eo denique cuncta sua facta & Consilia unice direxit, ut ê misera hac, ærumnosa & mortali Vita tanquam ê Diversorio in veram & Cœlestem Patriam feliciter emigrare, & sempiterna beatitudine perfrui aliquando sibi liceret. Verum non ipse solum talis extitit qualem nunc dixi, sed etiam quod boni Imperatoris, Principis & fidelis Patris Patriæ officium esse ostendimus, Cives suos tales reddi unice in Votis habuit, æternaque ipsorum non minus atque propria Salus curæ ipsi & cordi fuit: ac proinde nil prius, nil antiquius habuit, quam ut intra Regna atque Provincias suas gloria omnipotentis DEI propagaretur, ac indies majus atque incrementem sumeret. O Insignem Imperatoris nostri Pietatem! O admirandam Virtutem! O incredibilem Clementiam! Quibusnam laudibus LEOPOLDUM nostrum extollemus, qua amplectemur Veneratione, quo elogio prosequemur? Res certe Vires nostras superat. Unicum superest, ut Majestatis Ejus gloriam ad omnem posteritatem celebremus, & æternitati consecremus.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689861088/phys_0027
DFG

Post veram Pietatem ac Dei Cultum Imperator noster nihil religiosius coluit nihil ardentius adamavit, nihil devotius veneratus est, quam Sacram Justitiam, idque non immerito; Hæc enim basis est ac fundamentum omnis Imperii, omnium Rerumpublicarum. Hæc Cor & anima est regentium, ita ut quod homo est sine anima, idem sit Princeps sine Justitia, usque adeo, ut Plutarcho teste, nemo ac ne Jupiter quidem ipse absque Justitia Rempublicam administrare, Cives regere, ac in officio retinere possit. Hæc facit, ut magistratus felix, beatum, ac tranquillum habeat regimen florentes & obsequentes videat Cives: Hæc facit, ut Vitam nostram â lationibus salvam, facultates â furibus & prædonibus tutas atque immunes habeamus, possideamus. Hac vero neglecta aut segnius atque negligentius administrata, plena omnia sunt rapinis, furtis, latrociniis & deprædationibus, Cædibus, injuriis, scortationibus, adulteriis, & hujus generis aliis sexcentis, & infinitis malis. Ut ita non minus vere, quam eleganter Divus Augustinus dixisse mihi videatur: Regna sine justitia magna esse latrocinia. Et quem magis justitia deceret, quam Principem? Cum ejus officium proprium sit, multidini consulere, urbes tueri, Civitates regere, homines ab injuria prohibere, socios providentia protegere, unicuique reddere, quod suum est, honores, magistratus & præmia distribuere secundum cujusque dignitatem, & merita.

Hæc autem egregia Virtus duas illas sibi adjunctas habet Comites, serenitatem, & Clementiam, & quidem individuo atque indissolubili nexu conglutinatas, sic ut si alterutra illarum deficiat, Justitia vel in Sævitiam & Crudelitatem, vel in mollitiem, & lenitatem degeneret: Severitas certe in Legibus exsequendis, & pœnis virogandis Principem vel maxime adderet. Majestatem siquidem quandam ipsi præstat, & dignitatem ejus auget redditque cum inter mortales, quasi divinum aliquod Numen, quod Cives non modo venerantur, sed etiam adorant. Securitatem quoque Civibus conciliat contra improborum ac Sceleratorum injurias, minuit delictorum frequentiam, & Rempubl. in quietem & tranquillitatem constituit. Sicut contra nimia lenitas maximam peecandi illecebram inducit.

Quapropter Justi Principis erit nemini delictorum gratiam facere, impri-

imprimis vero enormium, quibus Pax Publica turbatur, & Respubl. gravisſime offenditur. Nec huic contrariatur, quod Paulus JCtorum Coryphæus Lib. 65. ad edictum ſcribit: In Pœnalibus Cauſis benignius interpretandum eſſe. Sicut nec illud, quod Hermogenianus Lib. I. Epitomarum tradit, Interpretatione Legum pœnas molliendas potius, quam exaſperandas eſſe: Hoc ſiquidem non ita accipiendum, ut quando de delicto conſtat, benignius haberi debeant malefactores. Quandoquidem Juliano teſte Lib. 20. ff. Reipublicæ intereſt, delicta non manere impunita; ſed ut Claudius Saturnius Libro ſingulari de Pœnis ſcribit, ſuppliciorum acerbitate eo exemplo minui facinorum frequentiam, malisque ac facinoroſis hominibus Rempubl. purgari; adeo, ut etiam contaminari cenſeatur gaudium lætitiaque communis, ſi facinoroſi impuniti dimittantur, cum facilitas Veniæ incentivum tribuat delinquendi, ut præclare D. Ambroſius ait, ſed ita, ni fallor exaudiendum eſt, quod in dubio, quando vel de Crimine ipſo, vel de Criminis ſpecie non exacte conſtat, vel nullum omnino delictum, vel illud, quod inter plures minus infame, minus grave eſt, commiſſum interpretari debeamus. Quo ſenſu & illud procul dubio intelligendum eſt, quod Trajanus Imperator Aſſiduo Severo reſcripſit, ſatius eſſe, impunitum relinqui facinus nocentis, innocentem damnari. Hinc nimirum Veteres Pictores, ut ex Chryſippo Stoico refert Gellius, ſcite & eleganter juſtitiæ faciem pingebant: Eam Virginem faciebant aſpectu Severo & formidali, peracri Oculorum acie, vultu verecundo cum dignitate, & majeſtate, quo oſtenderent, Judicem, qui Juſtitiæ Antiſtes eſt, gravem eſſe oportere, ſanctum, ſeverum, integrum, inadulabilem, contraque improbos innocentesque inexorabilem, & Virtute, Veritate, Majeſtateque verendum & terrificum.

Ceterum, niſi horridus iſte Juſtitiæ rigor & Severitas Clementiæ melle temperetur, protenus in ſævitiam & Crudelitatem abit. Hæc vero Severitati permixta omnium conſonantiarum, ſive harmoniarum, concinnisſima & jucundisſima Harmonia exiſtit. Hæc homini omnium Virtutum convenientisſima, ſed tamen nullum ex omnibus mortalibus magis quam Regem aut Principem decet. Cum omnia Ipſi conciliet, quæ Sceptro ſunt digna. Amorem imprimis & favorem Civium; qui vult amari, ait Seneca langvida

regnet

regnet manu; Securitatem deinceps, quæ ex amore nascitur; firmitatem iterum Imperiorum, cum firmissimum sit Imperium, quo obedientes gaudent, & Solium Regis, tanquam nubecula obtegitur clementia unde Salomon; Justitia & Veritas custodiunt regem, & clementia stabilitur solium ejus: Denique æternam etiam parit gloriam. Nec enim ulla re, ut Tullius ait, homines propius ad Deum accedunt, quam salute hominibus danda. Cæsarem Deum fecit, Hæc Augustum consecravit, in Hac magnifuerunt Scipio Africanus, & Antoninus Pius, quorum hic dicere solebat, malle se unum Civem Servare, quam mille hostes occidere. Hac excelluit fortissimus Pericles, qui sæpissime gloriatus est, neminem Civium unquam sui causa pullatum incessisse. Hinc laudatissimi Impp. Constantius & Licinius in omnibus rebus præcipuam majoremque rationem benignitatis, quam stricti juris haberi præcipiunt: Et Theodosius ac Valentinianus Legum conditores æquitatis debere esse fautores rescribunt: Postremo & Judices summam æquitatem ante oculos habere oportere, Ulpianus asserit: Hac scil. de causa, ut opinor, Principes se Clementes & Clementissimos appellant, atque â Civibus suis Clementissimi Domini salutari volunt; quodsi quasi propriam hanc Clementiæ & benignitatis Virtutem vindicent. Nec injuria; ut enim in DEO bonitas & misericordia maxime evitent, ita Principes, qui hisce in terris DEI vices administrant, Divinæ illius Clementiæ & placabalitatis effigiem referre debent. Sic proinde Justitia exerceatur â Principe, ut nec impuniter maleficia relinquantur, nec severe nimis acriterque puniantur: In ultione ratio, in Vindicta modus adhibeatur, sit Clementia temperata severitas, conjunctamque habeat misericordiam.

Quare & in hac parte imperatorem nostrum DIVUM LEOPOLDUM & Boni & Justi, & Severi, & Clementis Principis partes egregie sustinuisse quis est, qui non animadvertat? Querelas enim Civium patienter & clementer audivit. Neminem inauditum, nec dum plene convictum, ex nudis delationibus, suspicionibus vel Calumniis condemnavit, nec sententiam unquam præcipitavit, sed utrique parti patulus aures præbuit, & præcipitantiam Justitiæ novercam studiosissime cavit; Omnibus absque ullo respectu atque affectu tam infimis, quam summis æqua lance jus reddidit, & Justitiam

ſtitiam adminiſtravit: Benemeritos præmiis ornavit amplisſimis, improbos & male de Republica merentes pœnis affecit gravisſimis; nec facile cuiquam ſine gravisſima cauſa impunitatem concesſit; veniamque dedit, ſed quo delicta promeritas ſentirent pœnas, regnaque ſua ac Imperium malis purgaretur hominibus, enixe ſtuduit; Clementiam tamen ſeveritati ſemper admiſcuit, eandemque rigori prætulit, maluitque Centum nocentes abſolvere, quam unum innocentem condemnare. Quo ipſo gratiam & favorem præpotentis Dei ſibi conciliavit, amorem Civium ſuorum in ſe excitavit, firmitatem imperio ſuo paravit, ſoliumque ſuum mirifice ſtabilivit, & confirmavit, gloriamque & laudem ſempiternam acquiſivit.

Quamobrem cauſam nos habere maximam exiſtimo tam boni, tam Juſti, tam Severi, tam Clementis, tam prudentis Imperatoris obitum lugendi: Lugebit certe eum univerſa Europa, deflebit Poſteritas, deplorabit tota Germania: Cum igitur ex hactenus dictis clarisſime eluceat, Imperatori noſtro ſummo DEI beneficio ingentia obtigiſſe bona, natales perilluſtres ac ſplendidos: Animum excelſum & Heroicum, Pietatem inſignem, ſapientiam & prudentiam admirandam, Virtutes univerſas Imperatore ac Rege dignas, Regna amplisſima, Regimen felicisſimum, Conjugium exoptatisſimum, liberos generoſos, & elegantisſimos, Dei amorem, Regum ac Principum favorem, ita ut ideam vivamque imaginem magiſtratus Religioſisſimi, Regentis ſapientisſimi, Herois fortisſimi, Juſtitiæ Sacerdotis juſtisſimi, Patriæ Patris fidelisſimi, ac Pientisſimi, Principis denique omnibus numeris perfectisſimi exacte videatur expresſiſſe. Quis eum non undiquaque felicem, non undiquaque beatum fuiſſe diceret?

Sed cum in miſera hac & ærumnoſa Vita beatitudo Vera ac perfecta non reperiatur, ſed fortuna cum infortunio, lætitia cum triſtia, honor cum labore ſemper perpetuo conjungantur; idcirco nec Pius noſter Imperator in bonis hujus Seculi caducis ſummum bonum collocandum cenſuit, ſed per veram fidem in Chriſtum ad ſempiternam beatitudinem adſpirandum ſibi duxit, hocque præcipue in Votis habuit, ut Scopum illum, ad quem per omnem Vitam ſuam collimarat, attingere tandem aliquando, & æternam beatitudinem aſſequi ſibi liceret; quo etiam pio ſuo Voto minime fruſtratus

est: Cum enim periculose ægrotare cœpisset, & Vitæ suæ finem non procul abesse animadvertisset, tota animi contentione ad mortem beatam se præparavit, salutari alimonia vivifici corporis pretiosique sanguinis Dominici tanquam Viatico præsentissimo se instrui curavit, precibus piis & ardentissimis animam suam DEO commendavit, clareque testatus est, se abdicata omnium rerum humanarum cura & dignitate nihil aliud expectare, vel exoptare, quam beatam ex hac miseriarum Valle emigrationem, cumque jam mortis horam adesse intelligeret, Conjuge sua Potentissima liberisque suis charissimis ad se vocatis ad extremum valedixit, eos denique Præpotentis DEI tutelæ atque præsidio commendavit. Quibus peractis die v. Maji inter ardentissimas adstantium preces, lachrymas & suspiria Imperator Optimus & Trajano melior animam exhalavit, Romani Imperii Oculus splendissimus oculos clausit, & absque omni perturbatione Spiritum suum DEO Conditori & Redemptori suo, quem agnoverat, quem celebraverat, cui per totam vitam suam sancte serviverat, placide reddidit, ita ut obdormivisse potius, quam mortuus esse videretur, postquam imperasset quadraginta septem circiter annos, vixisset annos sexaginta quinque. O mortem vere beatam! quæ non mors, sed vita est, non amissio Vitæ, sed de Vita in Vitam placidissimus transitus est. Hæc scil. illi debebatur, qui sanctissime ac placidissime vixerat. Hac dignus erat, qui pacificus semper extiterat, ut summa in pace moreretur. O beatum iterum atque iterum beatum Imperatorem, cui tam beata mors contigit, cui cunctis hujus mundi malis felicissime superatis in æterna beatitudine, gaudioque tanto, quantum nullus unquam vidit oculus, nulla humana audivit auris, nullius in hac mortalitate Cor complecti potuit, regnare contigit, cui Sacrosanctam Trinitatem, Deum Patrem, filium, & Spiritum Sanctum â facie ad faciem intueri nunc contigit, cui magnos illos Heroes, Davidem, Josophatam, Hiskiam, Oziam, & alios sui Simillimos videre, & non videre solum, sed etiam colloquio illorum dulcissimaque Consuetudine inter beatos frui contigit. At væ nobis miseris! qui Patre Patriæ fidelissimo orbati sumus, qui talem Imperatorem amisimus, in quo post DEUM omnis Salus & felicitas nostra repositæ erant, qui in hisce plusquam turbulentis & periculosis temporibus nos protegere,

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689861088/phys_0032
DFG

tegere, & pericula atque mala Patriæ noſtræ & nobis impendentia avertere potuiſſet. Quo nunc in Summis hiſce rerum difficultatibus confugiemus? Aquo Conſilium vel auxilium petemus. A Te Domine Zebaoth, qui manu eadem vulnus ſanas, qua infligis, morti tradis & vitæ reſtituis, mœrori gaudium admiſces, afflictioni adjungis Solatium, & damnum commodo aliquo temperas. Tu Eccleſiam Tuam, Imperium Romanum, Patriam noſtram, & nos univerſos ab omni inſultu Satanæ protege ac defende; Tu damnum, quod paſſi ſumus reſtitue, Tu, qui Regibus ſalutem das, immenſa bonitate & miſericordia Tua Invictiſimum noſtrum Imperatorem & Dominum Clementisſimum Dominum JOSEPHUM JACOBUM, JOHANNEM, EUSTACHIUM Imperatorem magnarum Virtutum, & paternæ gloriæ Aſſeclam potenti Tua dextra rege, protege ac defende, & Majeſtatem ejus Spiritu Sapientiæ imple, hancque Imperii adminiſtrationem ac Subjectorum Regnorum gubernationem lætis auſpiciis inchoatam Cœleſti Tuo nutu proſperam ac Salutarem eſſe jube, quo Conſilia & actiones ſimul omnes cedant, ac vergent ad divinam Tui nominis gloriam, ad Doctrinæ Cœleſtis propagationem, ad Reipublicæ ſtabilimentum totiusque Splendidisſimæ Auſtriacæ Domus æternum decus, ornamentum perpetuum atque ſplendorem nunquam intermoriturum.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689861088/phys_0033
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689861088/phys_0034
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689861088/phys_0036
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689861088/phys_0038
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689861088/phys_0040
DFG

eſt: Cum enim periculoſe ægrotare cœpiſſet, & Vitæ ſuæ finem non procul abeſſe animadvertiſſet, tota animi contentione ad mortem beatam ſe præparavit, ſalutari alimonia vivifici corporis pretioſique ſanguinis Dominici tanquam Viatico præſentisſimo ſe inſtrui curavit, precibus piis & ardentisſimis animam ſuam DEO commendavit, clareque teſtatus eſt, ſe abdicata omnium rerum humanarum cura & dignitate nihil aliud expectare, vel exoptare, quam beatam ex hac miſeria le emigrationem, cumque jam mortis horam adeſſe intelli njuge ſua Potentisſima liberisque ſuis charisſimis ad ſe vo extremum valedixit, eos denique Præpotentis DEI tutelæ præſidio commendavit. Quibus peractis die v. Maji inte ſſimas adſtantium preces, lachrymas & ſuſpiria Imperato us & Trajano melior animam exhalavit, Romani Imperi ſplendisſimus oculos clauſit, & absque omni perturbatione ſuum DEO Conditori & Redemptori ſuo, quem agnove n celebraverat, cui per totam vitam ſuam ſancte ſerviverat, reddidit, ita ut obdormiviſſe potius, quam mortuus eſſe vi poſtquam imperaſſet quadraginta ſeptem circiter annos et annos ſexaginta quinque. O mortem vere beatam! quæ s, ſed vita eſt, non amiſſio Vitæ, ſed de Vita in Vitam mus tranſitus eſt. Hæc ſcil. illi debebatur, qui ſanctisſim diſſime vixerat. Hac dignus erat, qui pacificus ſemper ex ut ſumma in pace moreretur. O beatum iterum atque iterun Imperatorem, cui tam beata mors contigit, cui cunctis h di malis felicisſime ſuperatis in æterna beatitudine, gaudi to, quantum nullus unquam vidit oculus, nulla humana au is, nullius in hac mortalitate Cor complecti potuit, regnar, cui Sacroſanctam Trinitatem, Deum Patrem, filium, m Sanctum â facie ad faciem intueri nunc contigit, cui mag Heroes, Davidem, Joſophatam, Hiskiam, Oziam, & al millimos videre, & non videre ſolum, ſed etiam colloqu n dulciſimaque Conſuetudine inter beatos frui contigit. obis miſeris! qui Patre Patriæ fidelisſimo orbati ſumus em Imperatorem amiſimus, in quo poſt DEUM omnis Sa icitas noſtra repoſitæ erant, qui in hiſce plusquam turbulen iculoſis temporibus nos protegere,

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 309
Patch Reference numbers on UTT
C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11
10 09 03 02 01 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9
UB Rostock 05/4000
the scale towards document